

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum anima coniuncta corpori possit intelligere substantias separatas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

QVÆST. VNICA, DE ANIMA, ART. XVI.

phantasmibus, sive unde cumque. Operatio enim potentie recipit distinctionem & speciem secundum objectum quantum ad formalem rationem ipsius, non secundum id, quod est materiale in ipso. & ideo si per species intelligibiles conferatas in intellectu, prius autem acceptas a phantasmibus, anima separata intelligat non conuertendo se ad phantasmata, non erunt dissimiles specie operatio que ex speciebus acquisitis cauatur, & per quam species acquiruntur.

Ad xix. dicendum, quod intellectus possibilis non est natus recipere a phantasmibus: nisi enim quod phantasmata sunt actu per lumen intellectus agentis, quod est quedam participatio luminis substantiarum superiorum. & ideo non remouetur, quia a substantiis superioribus recipere possit.

Ad xx. dicendum, quod scientia in anima nata est causari a phantasmibus secundum statum, quo est corpori unita: secundum quem statum non potest causari a superioribus agentibus tantum: poterit aut hoc esse, cum anima fuerit a corpore separata.

Ad xxi. dicendum, quod ex hoc quod scientia substantiarum separatarum, non est proportionata animæ nostræ, non sequitur quod nullam intelligentiam ex earum influxu capere posset: sed solum quod non posset capere perfectam & distinctam, ut dictum est.

ARTICVLVS XVI.

Vtrum anima coniuncta corpori, posset intelligere substantias separatas.

z. par. q. 88.
art. 1.

cap. 7. & 8.
tom. 3.

SEXTODECIMO queritur, vtrum anima coniuncta corpori posset intelligere substantias separatas. Et vñ. quod sic. Nulla enim forma impedit a fine suo per materiam, cui naturaliter vnit. Finis. n. animæ intellectuæ vñ esse intelligere substantias separatas, quæ sunt maxime intelligibiles. Vnus eiusq; n. rei finis est, ut perueniat ad perfectum in sua operatione. Non ergo anima humana impedit ab intelligere substantias separatas per hoc, quod vniuntur tali corpori, quod est propria eius materia.

¶ 2 Præt. Finis hominis est felicitas ultima autem felicitas secundum Philo. in 10. Ethic. consistit in operatione altissima potentiae intellectus: respectu nobilissimi obiecti, quod non videtur esse nisi substantia separata. ergo ultimus finis hominis est intelligere substantias separatas. Inconveniens autem est, si homo totaliter deficit a fine suo, scilicet vanum esset. Cognoscere ergo potest homo substantias separatas: sed de ratione hominis est quod anima corpori sit unita. ergo anima unita corpori intelligere potest substantias separatas.

¶ 3 Præt. Omnis generatio peruenit ad aliquem terminum: nihil enim in infinitum mouetur. Est autem quedam intellectus generatio, secundum quod de potentia in actu reducitur, prout. scilicet fit actus sciens. hoc ergo non procedit in infinitum: sed peruenit quandoque ad aliquem terminum, ut scilicet totaliter sit factus in actu. quod esse non potest, nisi omnia intelligibilia intelligent, inter quae principes sunt substantiae separatae. ergo intellectus humanus ad hoc peruenire potest. quod intelligat substantias separatas.

¶ 4 Præt. Difficilis videtur facere separata ea, quæ non sunt separatae, & intelligere ea, quæ intelligere ea quæ secundum se sunt separatae: sed intellectus noster etiam corpori unitus facit separata ea quæ non sunt secundum se separatae, dum abstrahit species intelligibiles a rebus materialibus, per

F quas res materiales intelligit, ergo multo poterit intelligere substantias separatas.

¶ 5 Præt. Excellentia sensibilitas pro tanto sentiuntur, quia corruptio punit amorem. Si autem esset aliquod organum sensibili corrupteretur ab excellenti sensibili, quamvis esset excellentius, atque magis leniter. Intellectus autem nullo modo corruptio intelligibilis magis perficitur, ergo eas magis intelligibilis magis intelligit, sed nichil separatae que sunt secundum se actu intelligi, vt pote immateriales, sunt magis intelligibilis substantias materiales, quæ non sunt ligabiles nisi in potentia. ergo cum anima unita corpori intelligat substantias separatas, multo magis intelligere potest substantias separatas.

¶ 6 Præt. Animam intellectuam etiam unitam abstrahit quidditatem rebus habentem ditatem. & cum non sit in infinitum alia sit, quod perueniat abstrahendo ad aliquam quidditatem quæ non sit res habens quidditatem. Cum ergo substantia corporis aliud sit quam quidam quoddam existentes, vide ut quod anima intellectus corpori intelligere possit substantias separatas intelligere.

H **¶ 7** Præt. Innatum est nobis per instinctum gnoscere, oportet autem aliquos efficiuntia paratarum in rebus sensibilius considerare, cum omnia considerantur, ut patet per hoc genios administrantur, ut patet per hoc. non potest igitur anima unita corpori substantias separatas intelligere.

¶ 8 Præt. Animam unitam corpori immensum enim intelligere se & animam unitam. 9. de Trin. sed ipsa est de natura substantiarum intellectus. ergo non potest intelligere substantias separatas.

I **¶ 9** Præt. Nihil est nisi in rebus. Finitur esse intelligibile, si a nullo intelligiatur. ergo substantias separatas, cum intelligibiles, intellectus noster intelligere possit. **¶ 10** Præt. Sicut te habet visus ad subiectum ad intelligibilium: sed visus noster cognoscere omnia visibilia etiam inconvenientia, quæcumque ipse sit contemplabilis. ergo intellectus, etiam datus, quod esset corruptus, intelligere substantias separatas inservit, cum sint per se intelligibiles.

SED CONTRA, Nihil sine phantasmate anima, ut dicit Philo. in 3. de anima. phantasmata non possunt intelligi, sed separatae. ergo anima unita corpori non potest intelligere substantias separatas.

K **RESPON.** Dieendum, quod hanc questionem promisit se determinatur in 3. de anima inuenientia determinata ab ipso in libris eius nos peruenient, unde secessoribus eius diversimode procedendi ad huiusmodi solutionem. Quidam. n. potuerunt, quod unitam corpori unita peruenire adhuc possunt ligare substantias separatas, & hoc possunt mam felicitatem humanam: sed inmediatum est apud eos diversitas. Quidam. n. quod anima nostra potest pertingere ad substantias separatas, non quid eorum puenimus ad intelligendum alia intelligentia, quibus instruimus in scientiis focalibus, demonstrationes, & demonstrationes, sed per

intellectus agentis nobiscum. Ponunt enim intellectum agentem esse quandam substantiam separatam, quæ naturaliter substantias separatas intellegit. Vnde cum iste intellectus agens fuerit unitus nobis sic, ut per eum intelligamus, sicut nunc intelligimus per habitus scientiarum, sequetur quod intelligamus substantias separatas. Modum autem quo iste intellectus agens possit sic continuari nobis, vt per eum intelligamus, talēm assignant. Manifestum est enim ex Philos. 2. de anima, quod nos dicimus, aut esse, aut operari aliquid duobus, unum eorum est quasi forma, & aliud sicut materia: sicut dicimus sanari sanitate & corpore. unde sanitas comparatur ad corpus. sicut forma ad materialiam. Manifestum est etiam nos intelligere per intellectum agentem, & per intelligibilia speculata. tenuimus, n. in cognitionem conclusionum per principia naturaliter nota, & per intellectum agentem. Necesse est igitur, quod intellectus agens comparatur ad intelligibilia speculata, sicut principale agens ad instrumentum: & sicut forma ad materiam, vel actus ad potentiam. Semper n. quod est perfectius duorum, est quasi actus alterius. qui quid autem recipit in se id, quod est quasi materia, recipit illud etiam quod est quasi forma: sicut corpus recipiens superficiem, recipit etiam colorem qui est formam quadam superficie, & pupilla recipiens colorum recipit etiam lumen, quod est actus coloris eo enim est visibilis actu. Sic igitur intellectus possibilis in quantum recipit intelligibilia speculata, intantū recipit de intellectu agente. quando igitur intellectus possibilis recipet omnia speculata, tunc totaliter recipiet in se intellectum agentem. & sic intellectus agens fieri quasi forma intellectus possibilis, & per consequens vnum nobis. unde si cut nunc intelligimus per intellectum possibilem, tunc intelligimus per intellectum agentem, non solum omnia naturalia: sed etiam substantias separatas, sed in hoc est quadam diuersitas inter quodam sectantium hanc opinionem. Quidam n. ponentes intellectum possibilem esse corruptibilem, dicunt quod nullo modo intellectus possibilis potest D intelligere intellectum agentem, neque substantias separatas: nos autem in statu illius continuacionis intellectus agens nobiscum, intelligimus ipsum intellectum agentem, & alias substantias separatas per ipsum intellectum agentem, in quantum unetur nobis ut forma. Alii uero ponentes intellectum possibilem esse incorruptibilem, dicunt quod intellectus possibilis potest intelligere intellectum agentem & alias substantias separatas. Hoc autem polio impossibile est & uana & cōtra intentionem Arist. impossibile quidem quia una impossibilitas ponit, scilicet quod intellectus agens sit quadam substantia separata a nobis secundū esse, & quod nos per intellectum agentem intelligimus, sicut per formam. Intantū enim aliquo operamur ut forma, in quantum illo adipiscimur aliquod esse actu: sicut calidum calore calefacit, in quantum est calidum actu. Nihil enim agit nisi secundū quod est actu. Oportet ergo id quo aliquid agit, aut operatur formaliter, uniri ei secundū esse. Vnde impossibile est quod duarum substantiarum separatarum secundū esse una formaliter operetur per aliam, & sic impossibile est quod si intellectus agens est quadam substantia separata a nobis secundū esse, quod ea formaliter intelligamus. Posset autem esse, ut ea intelligeremus actiue, sicut dicimus uidete sole illuminante. Vana est etiā prædicta pos-

tio, quia rationes ad ipsam inducunt non de necessitate concludunt. & hoc patet in duobus. Primo quidem, quia si intellectus agens est substantia separata ut ponunt, comparatio intellectus agentis ad intelligibilia speculata non erit sicut luminis ad colores: sed sicut solis illuminantis. unde intellectus possibilis per hoc, quod recipit intelligibilia speculata non coniungitur substantiae eius: sed alicui effectui ipsius. sicut oculus per hoc quod recipit colores, non unitur substantiae solis: sed luminis. Secundo, quia dato quod per hoc quod recipit intelligibilia speculata coniungatur intellectus possibilis ipsi substantiae intellectus agentis aliquo modo, non tamē sequitur quod recipiendo omnia intelligibilia speculata, quae ab alia hantur aphantasmibus, & acquiruntur per principia demonstrationum perfecte coniungat substantiae intellectus agentis, nisi hoc esset probatum, quod omnia huius intelligibilia speculata adæquarent virtutem & substantiam intellectus agentis, quod patet esse falsum: quia intellectus agens est altioris gradus in entibus si est substantia separata, quam omnia quae sunt intelligibilia per ipsum in rebus naturalibus. Mirum est etiam quod ipse met non intellexerunt defectum sue rationis, quamvis enim ponenter quod per unum vel duo intelligibilia speculata vniuent nobiscum: non tamē sequitur secundum eos quod per hoc intelligamus omnia alia intelligibilia speculata. Manifestum est autem quod multo plus excedunt substantiae intelligibiles separatae omnia prædicta, quae dicuntur intelligibilia speculata, quam oīa ea simul accepta excedat unū vel duo vel quodlibet ex eis: ita omnia ista sunt unius generis, & eodem modo intelligibilia, substantiae autem separatae sunt altioris generis, & altiori modo intelliguntur. unde etiam si continuetur intellectus agens nobiscum secundum quod est forma & agens istorum intelligibilium, non sequitur propter hoc quod continetur nobiscum, secundum quod intelligit substantias separatas. manifestum est etiam quod haec positio est contra intentionem Arist. qui dicit in 1. Ethic. quod felicitas est quoddam bonū cōdē, quod potest accidere omnibus non orbitis ad virtutem. Intelligere autem omnia quae dicuntur ab eis intelligibilia speculata, vel est impossibile alicui homini, vel adeo rarum, quod nulli umquam homini hoc accedit in statu huius vita: nisi Christo qui fuit Deus & homo. unde impossibile est quod hoc requiratur ad felicitatem humanam, ultima autem humana felicitas consistit in intelligendo nobissima intelligibilia, ut dicit Philo. in 10. Eth. Non igitur ad intelligendum substantias separatas, quae sunt nobissima intelligibilia, secundum quod in hoc cōsistit felicitas humana, requiritur quod aliquis intelligat intelligibilia speculata omnia. Alio etiam modo apparet, quod prædicta positio est contra intentionem Arist. Dicitur n. in 1. Cap. 7. a me. Ethi. quod felicitas cōsistit in operatione, qua est secunda perfectam uitruē. & ideo ut appareat in quo determinate cōsistit felicitas, necesse habuit determinare de omnibus uitribus ut ipse met dicit in fine 1. Eth. quartum quodam ponitur ab ipso Morales, ut fortitudo, temperantia & huiusmodi: quæ autem intellectuales, que sunt quinque secundum ipsum, sapientia, intellectus, scientia prudentialia, & ars, inter quas præcipua ponit sapientiam, in cuius operatione dicit cōsistere ultimā felicitatem, ut in Christo apparuit. Sapientia autem est ipsa philosophia

Cap. 7. a me.

suo tom. 5.

Cap. 7. a me.

tom. 5.

In fine illius

tom. 5.

QVÆST. VNICA, DE ANIMA, ART. XIII.

C. 2. 103. 3.

philosophia prima ut paret in 1. Metaphys. vnde F
relinquuntur q̄ ultima felicitas humana, quæ potest
haberi in hac vita secundum intentionem Arist.,
est cognitio de substantiis separatis, qualis pōt ha-
beri per principia philosophie, & non per modū
continuationis quam aliqui somniauerunt. unde
fuit alia opinio, q̄ anima humana per principia
philosophie deuenire potest ad intelligendum ip-
sas substantias separatas. Ad quod quidem ostend-
endum sic procedebat. Manifestum est enim, q̄
anima humana potest abstrahere a rebus materia-
libus quidditates eorum, & intelligere eas: hoc n-
contingit quoties intelligimus de aliqua re mate-
riali quid est. Si igitur illa quidditas abstracta non
est quidditas pura, sed etiam res habens quiddita-
tem, iterum intellectus noster potest abstrahere il-
lam, & cum non posse procedere in infinitū, de-
uenientur ad hoc q̄ intelligat aliquid simpliciter
quidditatem, & per eius considerationem intelle-
ctus noster intelligat substantias separatas, quæ ni-
hil aliud sunt quam quedam simplices quiddita-
tes, sed hec ratio omnino est insufficiens. Primo
quidem, quia quidditates rerum materialium sunt
alterius generis a quidditatibus separatis, & habet
alium modū essendi. unde per hoc q̄ intellectus
noster intelligit quidditates rerum materialium, nō
sequitur, q̄ intelligat quidditates separatas. Iterum
diversæ quidditates intellectus differunt specie, &
idem est q̄ etiam qui intelligit quidditatem unius H
rei materialis, non intelligit quidditatem alterius,
non enim qui intelligit quid est lapis, intelligit qd̄
est animal. unde dato q̄ quidditates separatae, et s̄ est
eiusdem rationis cū quidditatibus materialibus,
non sequeretur q̄ qui intelligit has quidditates re-
rum materialium, intelligat et substantias separa-
tas, nisi forte secundum op̄i. Plato, qui posuit sub-
stantias separatas esse species horum sensibilium,
& ideo aliter dicendum est, q̄ anima intellectua
humana ex unione ad corpus habet aspectū in-
clinatum ad phantasmatum, unde non informatur ad
intelligendum aliquid nisi per species a phantasmatis-
ibus acceptas, & huic consonat dictum Dion.
in cap. 1. cas. hierar. Dicit enim quid impossibile
est nobis lucere diuinum radium, nisi varietate sa-
crorum uelaminum circumuelatum. In tantum
igitur anima dum est unita corpori, potest ad co-
gnitionem substantiarum separatarum ascēdere,
in quantum potest per species a phantasmatis-
ibus acceptas manuduci: hoc autem non est ut intelligi-
gatur de eis quid sint, cum illæ substantiae exceedant
omnem proportionem horum intelligibilium:
sed possumus hoc modo de substantiis sepa-
ratis aliquo modo cognoscere, quin sint. sicut p.
effectus deficientes deuenimus in causas excellen-
tes ut cognoscamus de eis tāta, quia sunt: & dū
cognoscimus quia sunt causæ excellentes, scimus
de eis, quia non sunt tales quales sunt earum effe-
ctus. & hoc est sciēre de eis magis quid non sunt q̄
quid sunt. & secundum hoc est aliqualiter uerum
q̄ in quantum intelligimus quidditates quas ab-
strahimus a rebus materialibus, intellectus noster
conuertendo se ad illas quidditates potest intelligere
substantias separatas, ut intelligat eas esse im-
materialia, sicut ipsæ quidditates sunt a materia
abstractæ. & sic per considerationem intellectus no-
strier deducimur in cognitionem substantiarum sepa-
ratarum intelligibilium, nec enim est mirū si sub-
stantias separatas nō possumus in hac vita cognoscere,
intelligendo quid sunt, sed quid non sunt:

Apud Aris.
36. Metaph.
Cap. 6. 10. 3.

Cap. 4. parti
ante mediis
illius,

quia etiam quidditatem, & naturam corre-
cælestium non aliter cognoscere possimus:
etiam Aristo. notificat ea in 1. de celo & ma-
levia, neque generabilia, neque corruptibilia
contrariaterentur habentia.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ finis si q-
se extendit naturalis possibilis anima hu-
erit ut cognoscat substantias separatas secun-
dum prædictum, & ab hoc non impedit
hoc quid corpori unitur, & similiter cum
cognitione substantiae separatae uim acce-
derit ad homini, ad quam per naturalia peruenient
Vnde paret solutio ad secundum.

Ad TERTIVM dicendum, q̄ cum intellectus
sibilis continue reducatur, per potentiam in-
modi reductionis sic generationis contin-
gendo supremum intelligibile, quod dicitur
sensus, sed hoc non potest peruenient
ratio, sed per gratiam tantum.

Ad QUARTVM dicendum, quidam
facere separata & intelligere, quoniam
separata sunt, si de eisdē agatur, sed intellectus
est necessarium, quia maior potest est
in intelligendo tam aliquid aliqua separata
abstrahendo & in intelligendo alia.

Ad QVINTVM dicendum, q̄ sensus in po-
tentia sensibilium duplice defectum per-
quidem quia non potest ipsum cognoscere
hoc quid excedit proportionem, lete-
ria quia post excellentia sensibilia non posse
ra sensibilia, propter hoc quia communum sensus, licet i. gitter intellectus su-
ganum quod posuit corruptio ab intel-
lectu: tamen aliquod excellens intellectus
excedere facultatem intellectus collin-
do, & tale intelligibile est substantia, q̄
excedit facultatem intellectus relati-
quid est unitus corpori, est natura poten-
cies a phantasmatisbus abstractas, si rati-
etus noster intelligeret substantias separa-
tas minus alia: sed magis.

I Ad SEXTVM dicendum, q̄ quidditates
rebus materialibus non sufficiunt, ut per
nos cognoscere de substantiis separatis
ut ostendit est.

Et similiter dicendum ad septimum, q̄ intellectus
deficientes, ut supra dictum est, q̄ ut per eos cognoscatur de causa quid est.

Ad OCTAVVM dicendum, q̄ intellectus
noster intelligit seipsum nō directe appre-
hensione sua, sed per speciemphantasma-
ptam, unde Philo. dicit in 3. de anima quid-
am. Et possibilis est intelligibilis sicut et
ideo est, quia nihil est intelligibile exter-
potentia: sed secundum quid est actu potest
9. Metaph. unde cum intellectus possit
potentia in esse intelligibili, non posse
ignorari per formam suam per quam intel-
ligitur est sp̄s a phantasmatisbus abstracta, sicut
alii res intelliguntur per formam suam, q̄ sicut
cōc in omnibus potestis anima, quod est
cognoscitur per obiecta, & potestis anima
per suas potentias. Sic igitur & in-
tellectus per suum intelligere cognoscit
a phantasmatisbus accepta nō est formis
separata, ut per eam cognosci possit,
cā aliqualiter cognoscitur intellectus po-

AD NONVM dicendum, quod ratio illa omnino inefficax est propter duo. Primo quidem, quia in intelligibilia non sunt propter intellectus intelligentes ipsae sed magis intelligibilia sunt fines, & perfe-
ctio[n]es intellectuum, unde non sequitur, quod si esset aliqua substantia intelligibilis non intellectus ab aliquo alio intellectu, & propter hoc esset frustra. Nam frustra dicatur de eo quod est ad finem, ad quem non pertinet. Secundo, quia in substantia separata non intelligentur ab intellectu nostro secundum, quod est corpori unitus, intelliguntur tamen à substantia separata.

AD x. Dicendum, quod species quarum est visus receptus, possunt esse similitudines quorum cum corporum, sive corruptibilium, sive incorruptibilium: sed species aphantasmatis abstractæ, quarum est receptus intellectus possibilis, non sunt similitudines substantiarum separatarum, & ideo non est simile.

ARTICVLVS XVII.

Vtrum anima separata possit intelligere substantias separatas.

DECIMOSEPTIMO queritur, Vtrum anima separata intelligat substantias separatas, & vñ, quod non perfectioris enim substantiae est perfectior operatio: sed anima unita corpori est perfectior, quam separata, vt videtur, quia qualibet pars perfectior est unita toti quam separata. Si igitur anima unita corpori non potest intelligere substantias separatas, videatur, quod nec a corpore separata.

Prat. Anima nostra aut pot cognoscere substantias separatas per naturam, aut per gratiam tam si per naturam, cum naturale sit anima, quod corpori unita, non impediretur per vniuersum ad corpus quin substantias separatas cognoscet: si aut per gratiam, cum non omnes anima separatae habeant gratiam, sequitur quod ad mihius non omnes separatae cognoscant substantias separatas.

Th. Prat. Anima unita est corpori, vt perficiatur in eo scientiis & virtutibus, maxima autem perfectio animae consistit in cognitione substantiarum separatarum. Si igitur ex hoc solo, quod separatur cognoscere substantias separatas, frustra anima corpori vniatur.

Prat. Si anima separata cognoscit substantiam separata, oportet, quod cognoscet eam, vel per essentiam eius, vel per speciem ipsius: sed non per essentiam substantiae separatae, quia essentia substantiae separatae non est vnum cum anima separata. Similiter nec per speciem eius, quia a substantiis separatis cum sint simplices, non potest fieri abstractio speciei, ergo anima separata nullo modo cognoscit substantias separatas.

Prat. Si anima separata cognoscit substantiam separata, aut cognoscit ea tenui, aut intellectu. Manifestum est autem, quod non cognoscit eam sensu, quia substantiae separatae non sunt sensibiles. Similiter etiam nec per intellectum, quia intellectus non est singularium, substantiae autem separatae sunt quedam substantiae singulares. Ergo anima separata nullo modo cognoscit substantiam separata.

Prat. Intellectus possibilis animæ nostra plus distat ab angelo, quam imaginatio nostra ab intellectu possibili, quia imaginatio, & intellectus possibilis radicantur in eadem substantia animæ;

A sed imaginatio nullo modo potest intelligere intellectum possibilem. ergo intellectus possibilis nullo modo potest apprehendere substantiam separata.

Prat. Sic igitur voluntas ad bonum, ita intellectus ad verum: sed voluntas quarumdam animalium separatarum, scilicet damnatarum non potest ordinari ad bonum, ergo & intellectus eorum nullo modo potest ordinari ad verum, quod possissime intellectus consequitur in cognitione substantiae separatae, ergo non omnis anima separata potest cognoscere substantiam separata.

Prat. Felicitas ultima secundum philosophos ponitur in intelligendo substantias separatas, ut dicum est. Si autem anima damnatorum intelligit substantias separatas quas non possumus hic intelligere, videtur quod damnati sint propinquiores reliciti quam nos, quod est inconveniens.

Prat. Vna intelligentia intelligit aliam per modum suæ substantiaz, vt dicatur in lib. de causis: sed anima separata non potest cognoscere suam substantiam, vt videtur, quia intellectus possibilis non cognoscit ictipum, nisi per speciem aphantasmatis abstractam, vel acceptam, vt dicatur in 3. de ani-
ma ergo anima separata non potest cognoscere se-
paratas substantias.

Prat. Duplex est modus cognoscendi, unus modus secundum quem a posterioribus deuenimus in priora, & sic que sunt magis nota simplier cognoscuntur a nobis per ea, quæ sunt minus nota simpliciter. Alio modo a prioribus in posteriore deuenimus, & sic que sunt magis nota simpliciter prius cognoscuntur a nobis. In animalibus autem separatis non potest esse primus modus cognoscendi. Ille enim modus competit nobis secundum, quod cognitionem a sensu accipimus, ergo anima separata intelligit modo secundo, scilicet deceniendo a prioribus in posteriora, & sic que sunt magis nota simpliciter sunt per prius ei nota: sed maxime notum est essentia diuina. Si igitur anima separata naturaliter cognoscit substantias separatas, videtur quod ex solis naturalibus posse videre essentiam diuinam, quæ est vita eterna, & hoc est contra Apostolum, qui dicit Roman. 6. Gratia Dei vita eterna.

Prat. Inferior substantia separata intelligit aliam, secundum quod impressio superioris est in inferiori: fed impressio substantiae separatae est in anima separata multum deficiente a substantia separata. ergo non potest eam intelligere.

SED CONTRA. Simile simili cognoscitur: sed anima separata est substantia separata. ergo potest intelligere substantias separatas.

RESON. Dicendum, quod secundum ea, quæ fides tenet, convenienter videtur dicendum, quod anima separata cognoscit substantias separatas. Substantiae enim separatae dicuntur angelii, & demones, in quorum societatem deputantur animæ hominum separatae bonorum, vel malorum: non videtur autem probabile, quod animæ damnatorum demones ignorent, quorum societati deputantur, & qui animalibus terribiles esse dicuntur, multo autem minus probabile uidetur, quod animæ bonorum ignorcent angelos, quorum societate laterantur. hoc autem, quod animæ separatae substantias separatas ubique cognoscant rationabiliter accidit. Manifestum est enim, quod anima humana corpori unita aspectum habet ex unione corporis ad inferiora directum, unde non perficitur.

In proposi-
tione 1. inter
opera Art.

Philo. lib. 7.
de 2a ex
com. 18. &
39. tomo 2.